UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

mitti licitum eſt ad reſiduum dotis agere. Ex quibus inferò, † ꝙ ſimiliter ipſe Comes poterit petere alimenta, & intereſſe dicti reſidui, quoniam cùm pro parte ipſius Comitis fuerit adimpletum, ut ſupra dictum fuit, & is onera matrimonij ſupportauerit, nec per illum ſteterit, quominus pro parte ſua ſupportarentur, quia ſemper ſe ad illa obtulit, & nũc ſe offert, imò dici poteſt, & uerum eſt, ꝙ ab illo tempore citra uſq; ad tempus præſens ſemper onera matrimonij ſubſtinuit, aſſignando partem fructuum, & reddit∣uum ſui ſtatus, ſequitur, ꝙ præfatus do. Ioannes Antonius, qui eſt debitor dotis, debet teneri ad fructus, & intereſſe ratione tacitè moræ, & æquitatis, de qua per glo. in l. curabit, C. de actio. emptio. & in c. conqueſtus de uſuris, & not. in l. 2. C. eo. tit. cum alijs multis, quæ ad propoſitum allegat Alex. in cõſ. 147. uolu. 4. & facit ad hoc, quia † actio competẽs ex promiſſione dotis cenſetur bonæ fidei ſecundũ glo. in l. de diuiſione, ff. ſol. mat. quam approbant Bart. & alij cõiter, excepto Iacobo de Aren. & facit text. in l. unica, §. ſed ſi non ignoramus, C. de rei uxo. actio. At † in actionibus bonæ fidei ueniunt fructus, & uſurę à tempore moræ loco intereſſe, l. uideamus, §. ſi ex cauſa emptionis cũ ſequen. ibiq; not. ff. de uſuris & no. in §. actionum inſt. de actio. ergo cũ poſt contractũ matrimonij, & poſt lapſum temporis in inſtrumento conuenti ipſe do. Ioannesantonius fuerit in mora, arg. l. magnam, C. de contrah. & cõmit. ſtipul. ſequitur, ꝙ debentur fructus dotis, ſeu alimenta, & alia, quæ ſunt pro onerib. matrimonij neceſſaria: & poſito, ꝙ pręfatus do. Comes etiam poſſet dici fuiſſe in aliqua negligentia, tamen † hoc non facit, quin ei fructus, & alimenta prædicta debeantur, poſt quam ſubſtinuit onera matrimonii per aſſignationem partis fructuũ, & reddituũ ſui ſtatus, ut colligitur ex iis, quæ not. Bal. in d. l. 2. C. de uſuris. Prædicta quoq; uidentur decidi ex iis, † quæ expreſsè not. glo. in l. de diuiſione, ff. ſol. matr. quæ uult, ꝙ eo ipſo, ꝙ fuit adimpletum pro parte illius, cui dos fuit promiſſa, ut quia fuit contractũ matrimoniũ, & onera matrimonii fuerunt ſupportata, ſeu per eum non ſtetit, quin ſupportarẽtur, ut fuit in caſu de quo agitur, mora dicetur commiſſa ex parte illius, qui dotem promiſit, etiam abſq; alia interpellatione: & ideò meritò ex tunc fructus, & intereſſe debentur illi, cui dos ſoluenda erat: ita etiam tenẽt Bar. Bald. Ang. Pau. de Caſtr. & Roma. in d. l. de diuiſione, & dicit Raph. Cuma. hanc opinionem eſſe tenẽdam tanquam magis communem, & ab illa in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum; & hæc refert, & ſequitur Alex. in d. cõſi. 147. col. pen. ubi de hac materia plenè ponit. Hæc pauca pro cõfirmatione, & approbatione eorum, quæ in cõſilio, & ſubſcriptionibus aliorum aduocatorum dicta fuerunt, ſcribere uolui. Laus Deo.

S V M M AE.

1 Mulieri inopi nullam habenti dotem etiam poſt annum ſoluti matrimonij ab hæredibus uiri debentur.

2 Idem, ſi dotem paruam non ſufficientem pro alimentis haberet: & quid ſi ultra dotem alia bona habet, num. 4. & 6.

Et quid ſi ſit induſtrioſa, nu. 7.

Et hæc declarantur, num. 8.

3 Mulier uidua nullam habens dotem, ſeu quæ illam etiam ab hæredibus uiri recuperatam amiſit, poteſt, donec eſt in uiduitate, alimenta à dictis hęredibus petere.

5 Mulieri infra annum luctus an, & quando debeantur alimenta ab hęredibus uiri, & quando non, & quid poſt annum.

8 Vxori ut poſt annum ſoluti matrimonij alimenta in bonis uiri debeantur, quid requiritur.

9 Et an in domo, uel extra domum uiri, & nu. 12.

10 Mulieri alimenta debita poſt ſolutum matrimonium in bonis uiri regulariter debentur in domo uiri.

11 Mulieri, ſeu uxori quando etiam poſt annum ſoluti matrimonij alimenta in bonis uiri præſtantur, & debentur, fructus dotis, & omnium bonorum illius ad quem ſpectent, & an ipſa hæredibus uiri operari debeat, & ad quas operas teneatur.

E P I T O M E.

VXORI, ſeu mulieri quando ab hæredibus uiri etiam poſt annum ſoluti matrimonii, & extra domũ uiri alimẽta debeantur, & quãdo non, hic hẽtur.

CONSILIVM CXXX.

DVBITATVR in præſenti cauſa, an mulieri in bonis uiri ſoluto matrimonio debeantur alimenta ab hæredibus uiri poſt annum, quando mulier dotem non ſufficientem pro alimentis haberet: & deberi uidetur prima facie dicendum per ea, quæ uoluit Roma. Cum. Paul. de Caſt. & Alex. in l. diuortio, ff. ſo
1 lu. matri. qui dicunt, ꝙ † mulieri inopi, & nullam habenti dotem alimenta poſt annum ſoluti matrimo-
2 nii debentur, & † idem dicit Alex. ſi haberet dotem, ſed paruam, & non ſufficientem pro alimentis, & ita eſt de mente Roma. Salice. & Paul. de Caſt. in authẽ. pręterea in 2. col. ibiq; Alexan. C. unde uir, & uxor, &
3 Bal. ibi. Et † dicit Pau. de Caſt. in d. l. diuortio, ꝙ ſi mulier uidua nullam habuit dotem, uel ſi habebat, & illam ab hęredibus uiri recuperauit, eaq; ſit perempta, poteſt mulier petere ab hæredibus uiri, ut ſibi alimẽta præſtentur, nam ex quo eſt in uiduitate, cenſetur in eodẽ matrimonio conſtituta per no. à Cyn. in l. fi. C. de bon. quæ lib. & per Ang. in conſi. 137. uel 142. incip. ſuper primo inquirendum eſt. ¶ Quibus non obſtantibus, cõtrariũ in caſu noſtro eſt uerius, & pri-
4 mò, quia † ipſa mulier ultra dotẽ hẽt alia bona, ueluti ipſa cõfeſſa fuit, quo caſu hæredes non debẽt ad alimenta teneri, nã Alex. & cæteri uolẽtes hæredes mariti teneri ad alẽdum uxorẽ, quæ hẽt dotẽ paruam, loquũtur, quãdo ultra dotẽ illã nihil aliud in bonis haberet ad tradita per Alex. in d. auth. præterea, immo
5 Ang. in d. conſ. 137. uoluit, † ꝙ etiã mulieri, cui dos nondum fuit reſtituta, infra annũ luctus alimenta in bonis mariti nõ debeantur, ſi ipſa habeat alia bona, quib. ali poſſit: & ita debet intelligi ſtatutũ ſub rub. de dotib. reſtituendis, quo cautũ eſt, ꝙ uxori non habenti, unde ſe poſſit alere, ab hæredibus uiri ſol. mat. alimenta infrà annum debeãtur, & nõ poſt annũ, niſi hæredes mariti fuerint in mora dotis reſtituẽdæ, ergo ſi ultra annũ non fuerũt in mora, ſtatutũ uoluit aliquo caſu hæredes teneri, etiã ſi uxor nõ habeat, unde ſe alat, & ita declarat Ang. ibi, imputatur. n. mulieri, cur dotem non exegerit, ueluti declarat Alex. in cõſ.
6 27. uolu. 4. ¶ Secundò facit, nam † ex quo dotem habet, & alia bona ultra dotem, prius debet de ſuo ali, deinde dote conſumpta de bonis mariti, & ita propriè loquuntur, & debent intelligi Docto. in d. l. diuortio, & in d. auth. præterea, & clarius Alex. in d. cõſi. 27. qui dicunt, ꝙ mulier habens tam paruã dotem, ut ex ea ali nequeat, põt alimenta ab hæredibus mariti petere, & ſic loquuntur expreſsè, quando ex dote ali non poſſet, & quando dos per ſe non eſſet ſufficiens ad alimenta, ut quia eſſet parua, nam cõſumpta dote pro alimentis poteſt poſtea petere, ut ſibi alimẽta ex bonis mariti miniſtrentur, & ita eſt expreſsè de mente Pauli Caſtr. in d. l. diuortio, qui dicit, ꝙ ſi uxor nullam vnquam habuit dotem, uel ſi habuit, ſibiq; fuit ab hæredibus uiri reſtituta, & ſit perempta poteſt alimenta ab hæredibus uiri petere, & facit tex. in l. ſiquis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de liber. agnoſ. ibiq; Bar. & eſt tex. cum glo. in l. ſuo uictu, ff. de oper.
7 liber. ¶ Tertiò † ex quo mulier habet dotem, &

quædam

quædam alia bona, & eſt ualdè induſtrioſa, & ex artificio ſuo lucratur, ut in cõfeſſione illius continetur, ſequitur ꝙ non ſumus in caſu Doctorũ loquentium, quando mulier non haberet, unde ſe poſſet alere, & propterea hoc in caſu non poteſt petere alimẽta, ſed ex dote, alijsq; bonis, & ex ſuis laboribus, & operis debet ſe alere, ut not. Bald. ut in l. 1. C. de lega. & arg. d. l. ſiquis à liberis, §. ſed ſi filius cũ glo. & Doct. in l. ſi maritus in id, ff. ſolu. mat. & in d. l. ſuo uictu, & ita expreſsè uolunt Alex. in d. conſi. 27. & Ang. in d. conſi. 137.

8 ¶ Quarto † ad hoc, ut uxori poſt annum ſoluti matrimonij contra regulas iuris alimenta in bonis uiri debeantur, plura requiruntur, quę debent ab ipſa muliere probari, cùm ſint fundamẽta intẽtionis ipſius, arg. l. q accuſare, C. de eden. & l. actor. C. de probat. & l. ei qui, ff. eo. tit. Primũ requiritur ꝙ nullã habeat dotem, uel paruam, quæ non ſit ſufficiens pro alimẽtis ad tradita p Alex. & alios ĩ d. l. diuortio, & in d. Auth. præterea, ſecũdum, ꝙ nihil ultra habeat, tertium, ꝙ ſit talis, ꝙ ex eius operis cum dote, & alijs bonis non poſſit alimenta percipere, ut per Doc. ibi, & per ſupra adducta, & per Ang. in d. conſi. & arg. gloſ. in d. l. ſuo uictu, & in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius: quartum, ꝙ maritus fuerit locuplex, ut in d. Auth. præterea, ibi que Alex. & alij: & cũ hæc omnia ſint fundamẽtum intẽtionis ſuæ, debet ſuccũbere, niſi illa ꝓbauerit, iuribus præallegatis, nã regulariter poſt annũ ſoluti matrimonij mulieri non debentur alimenta ab hæredibus uiri, ſed ſolùm in primo anno, ut habetur plenè per gloſſ. Bart. Alex. & Doct. cõiter in d. l. diuortio. in prin. & in d. Auth. præterea, & habetur in l. 1. C. de lega. & ſolùm in quibuſdam caſibus ſpãlibus debentur, ut ſi nulla fuerit dos, uel parua, & nihil ultra dotẽ habeat, & ꝙ ex induſtria ſua non poſſit uiuere, item ꝙ maritus fuerit locuples arbitrio iudicis, ut dictũ eſt, ergo ut mulier obtineat, debet probare ſe eſſe in huiuſmodi caſibus, alioquin ſuccũbet, cũ regula, & ius cõmune ſit contra eã, arg. c. ad decimas de reſti. ſpo. in 6. & c. 1. de præſcrip. eod. lib. ¶ Præterea † ad hoc,

9 ut mulieri extra domum uiri alimẽta debeantur, requiritur, ꝙ ſit talis, quæ honeſtè cum hęredibus uiri uiuere nequeat, l. Caio, §. Imperator, & ibi Barto. ff. de alimẽ. & ciba. lega. & in l. 1. C. de lega. per Bal. Salice. & alios, & per Ang. in d. conſil. 137. & propterea neceſſe habuit probare, ꝙ honeſtè cũ hæredibus uiri uiuere non poſſet, quia † regulariter alimenta debẽtur

10 in domo uiri, ut habetur per Alex. in l. ſi uxorẽ. C. de condit. inſer. per glo. in d. l. ſuo uictu, & per Bart. in d. l. diuortio, iunctis proximè dictis: quinimmo probatũ fuit per confeſſionem dictæ mulieris, ꝙ ipſa honeſtè uiuere poſſet cum domina Lucretia, quæ eſt hęres, nec contrariũ eſt probatũ, ergo ſuccũbere debet d. l. qui accuſare, & c. fi. de iureiur. cum ſim. Præterea

11 † poſito nos eſſe in caſu, in quo alimenta uxori deberentur, tamen omnes fructus dotis, & bonorum eius deberẽt ad hæredes mariti ſpectare, ſicut quando primo anno alimenta uxori in bonis uiri debẽtur, quia hęredes debent habere omnes fructus dotis, ut uoluit Bar. & eſt de mente omnium in d. l. diuortio: itẽ ipſa mulier teneretur operari hæredibus mariti, hoc eſt præſtare operas tàm obſequiales, quàm artificiales, & induſtriales, alioquin fieri debet compenſatio de alimentis cum operis ad not. per Barto. in d. l. diuortio, & uolunt Bald. Salicet. Cum. Paul. Caſtr. in in d. l. 1. C. de lega. & ſequitur Angel. in d. conſi. Nec obſtant not. per Barto. in d. l. Caio, §. Imperator, qui uult uxorem teneri ſolùm ad operas obſequiales, & non ad alias, quia illud eſt uerum, quando uxori deberentur alimenta ex diſpoſitione teſtatoris, ut quia ipſe illa legaſſet, ſecus, ſi ex prouiſione legis uxori deberentur, ut in primo anno ſoluti ma[...] uel ultra annum in caſu, quo mulier non h[...] tem, uel paruam iuxta ſupradicta, quia tũc [...] redibus tenetur præſtare oẽs operas eius a[...] & induſtriales, ut uolunt Alex. in d. l. diuort[...] & Salice. & clariùs Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. [...] Bal. in d. l. ſi donatarius, §. fi. ff. de condict. [...] Paul. Caſt. in d. l. 1. ſentit unũ, qđ eſt plus in [...]

12 quod etiam eſt de mente Bal. & Salice. ibi, [...] ſtinctio, quæ ſit, an mulier poſſit honeſtè [...] bus mariti uiuere, an uerò non, ad effectũ, [...] ta ei extra domum præſtentur, procedit, lo[...] bet, quando alimenta eſſent legata, & ſic e[...] hominis deberentur, quia tunc poſſunt peti, [...] tur extra domũ, ut in d. l. Caio, §. imperator, [...] propriè hoc in caſu loquitur, & ibi Bar. ſed [...] diſpõne legis debentur, ſecus eſt, nam illa tu[...] tur in domo uiri, & cum hæredibus uiri, ut [...] lis poſſit operari, & ſi cũ hæredibus uiri ſta[...] tunc fiat compenſatio de alimẽtis cũ operis, [...] Bar. in d. l. diuortio poſt Specul. quo ad hoc [...] ſentiat contrarium, cuius dictum tamen poſ[...] ligi in caſu, in quo alimẽta uxori ex diſpoſ[...] ſtatoris deberentur, ut ſupra, per ea, quæ ip[...] quæ propriè in hoc caſu loquuntur. Et ex hi[...] ra reſponſio adductis ſupra in contrarium [...] ueluti unicuiq; rectè intelligenti conſtare [...]

S V M M Æ.

1 *Aedificium cedit ſolo, & domino ſoli acquiritur.*
2 *In ſuo quiſque poteſt facere id, quod ſibi placet, etia[...] noceat, quod limitatur, nu. 14. & 17.*
3 *In ſolo ſuo quis poteſt uſque ad cęlum facere, quicqu[...] an id, ſemper ſit uerum, nu. 17.*
4 *Opus tanquam clam factum, et opus factum ſub terr[...] uſque ad quod tempus peti poſſit. & nu. 19.*
5 *Parietem communem ſocius à latere ſuo poteſt, inuito [...] cino, incruſtare, & in eo picturas habere: & quomo[...] illo ędificare, nu. 7. 8. & 20.*
6 *Parietem eſſe cõmunẽ pro indiuiſo inter uicinos quo[...]*
7 *In re cõi nihil altero inuito fieri, ſeu ædificari poteſt, [...] ſa potior eſt cauſa prohibentis, & quando, & nu. 11.*
8 *In pariete communi pro indiuiſo quando inuito uic[...] ędificare liceat, & quando non.*
9 *In ſolo ſuo nõ licèt quicquam facere iuxta parietem [...] per quod paries corrumpatur, uel eius refectio imp[...]*
10 *Socius in re communi quando poſſit, inuito ſocio, fa[...] ſibi prodeſt, etiam ſi uicino noceat, et quando ſecus, [...]*
12 *Parietem communem pro diuiſo quando alter ſocius [...] moliri, nec reficere poſſit.*
13 *Columna, ſeu pilaſtrum in ſolo proprio exiſtens, & [...] uicini ſubſtinens tolli, aut mutari non poteſt.*
15 *Vetuſtas uim legis obtinet.*
16 *Pilaſtrum poſitum ſuper ſolo utriuſque uicini dicitu[...] quamuis magis in ſolo unius, quàm alterius ſe ex[...]*
18 *Clam factum quid dici non poteſt, niſi perſonarum [...] præſuppoſita.*
19 *Interdictum quod ui, aut clam ad tollendum opus iam [...] & per tantum tempus, de cuius initio memoria in [...] non extat, non competit.*

E P I T O M E.

PILASTRVM ſub terra poſitum inter æd[...] rum uicinorum, ſuper quo paries commun[...] rum ædium inter ipſos uicinos eſt poſitus, n[...] ab uno ex ipſis, altero inuito, tolli, his demo[...]

CONSILIVM CXXXI.

CVM ſuper quodam pilaſtro ſub[...] perto, & iam diu puta per ann[...] draginta, quinquaginta, & 60. [...] tantum tempus, de cuius initio [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN